

*Quid a dicunt
qualitates ha-
bit^o, sic Doct^r
vocat habitus
naturales, et sa-
pernaturales.*

maxima sic cōtrario amāt minus, quia affectio, & feruor minor . Hinc ponit .

Quod qualitates, sunt in duplici gradu,

Quædam naturales, vt calor, siccitas, humiditas, frigiditas, } Qualitates naturales agūt toto suo im-

Quædam sunt acquisitæ, vt scientiæ, } perū .

Quædam infuse, vt fides, charitas, iustitia, pietas, fortitudo, & } Vt calor vbicunque ponatur, siue fit in-

simila .

Similæ qualitates naturales, quia non sunt sub voluntatis imperio . Obseruo tamen, q̄ charitas parua, vel scientia modica nil, vel parum operatur, maxima vero maxima operatur .

Qualitates vero acquisitæ, vel infusæ non agunt suo conatu, sed solum disponunt habentem .

Ideo scientia, vel charitas, quæ est in intellectu non impellit necessario hominem ad scire, sed secundum medium, vel vltimum gradum suum, sed solum vti voluntati placet : A pari cum charitas sit in voluntatis imperio, quando intensior, quando remissior, vti voluntas dicitur magis, & minus feruens . Exem. Afferre possumus de amicis . Nam amicorum . Quidam amant Remisse .

Quidam intense, & quidam intensissimè .

*Amicorum
Gradus.
Domi. Ambro-
sius, Raphael,
Constantinus.*

Remisse amant amici solum verbis, & dilectio hæc^o communis apparet .

Intense, & intensissimè reperitur in his, qui corde, verbis, & factis amant . Dicerem de multis amicis meis, & præcipue de Domino Ioan. Ambrosio Bonomio, Raphaele Muratio, & Constantino Tyrabosco, amicis dilectissimis, qui certè non solum corde, sed verbis, & factis . Et non solum parentes, & affines, sed amicos, sed aduenas cœlesti quodam affectu amant, & prosequuntur : Sed silentio pertransco . Nam Deo magnis silentium plura, quam paruus sermo dicit .

Hæc sunt quæ pertinent ad probationem conclusionis : Modo oportet videre difficultates quibus probatur, quod nullo pacto charitas suscipiat magis, & minus in essentia .

ARGVMENTA CONTRA POSITIONEM.

Hæc positio ponitur de mente non solum Theologorum, sed Philosophi .
Sed repugnat philosophiæ, ergo falsa . Probo minorem .

1. D. Philosophus in capite de qualitate versus finem . Qualitates primæ, & terciæ speciei suscipiunt magis, & minus, secundum esse, qualitates vero, quartæ speciei non suscipiunt magis, nec minus, nec secundum esse, nec secundum essentiam, ergo . Nam d. Album, & iustum, dicuntur magis, & minus album, & iustum secundum esse albedinis, & iustitiæ, non secundum essentiam, ergo conclusio falsa .

2. Quidam dubitabant . An iustitia Grammatica, & scientia dicantur magis, & minus : Ipse vero dimittens illam, dat exemplum de albedine, non in abstracto, sed in concreto, ergo non in essentia sed in substantia, & essentia .

3. Forma est inuariabilis, & simplex, in sua essentia, ergo non suscipit magis, nec minus : Charitas est forma, ergo .

4. Nullum, quod se habet per modum speciei, suscipit magis, & minus, sed qualitas perficiens subiectum, perficit per modum speciei, ergo non suscipit magis, nec minus . Nam per caliditatem differt specie caliditatem a frigido, & nigrum, ab albo, ergo cum faciat differentiam ab alio secundum speciem, non erit secundum magis, & minus susceptibilis .

R E S P O N S I O N E S

Argumentorum .

*Discrimè inter
Immediatius
& Immediatè.*

Pro responsionibus, Doct^r ponit hanc notationem, quod non solum, secundum esse, verum etiam secundum essentiam suscipiunt . Nam certum est, quod esse dicitur habere hæc prædicata, quod est .

Passio essentia ,
Actus essentia , &
Terminus essentia .

minis, & Trianguli certum est, q̄ etiam erit in homine, & in Triangulo . Nam si dixerò, quod reperitur magis, & minus risibile, & similiter datur magis, & minus, quod habet tres, ergo, & Triangulus, & homo, erunt magis communia : Sed hoc est falsum, ergo ex opposito, si esse charitatis recipit magis, & minus, & essentia recipiet magis, & minus .

2. Esse est actus essentia . Nā sequitur . Ad essentiam formæ, ergo esse formæ ergo hêt, conditiones formæ, ergo si suscipit, quoad esse, & quoad formam . Cum igitur charitas suscipiat in esse, & in essentia suscipiat .

3. Quod est magis actuale est minus multiplicabile, quia est magis simplex, & magis simplex minor habet latitudinem, esse essentia est magis actuale, ergo minus multiplicabile, sed si multiplicabitur, erit in essentia, ergo charitas .

4. Multiplicatio graduum est ab imperfectione, ergo essentia magis multiplicabilis, quia est in esse, & per consequens imperfectione, ergo charitas in essentia magis suscipiet .

7. Diuino . t . c . 4

5. D. Anko . 7 . meth . t . com . 4 . substantia præcedit accidens notitia, & tempore, quia habet